

5263
5265



(4148—4150.)

XV. f. 7.

X. c. 8.

VIII. d. 20.

Anno 1599. Den 5. Augustij
Johannes Gaus Agnes Elisabeth Tochter
im Binde zu Dürck, Damm
Johannes geben 5^r pf

Behalt in recht, Loftung zu gott,
gute gary zu allen dar bij maist
mich manns so geyn löij &

SNBYEIN

ARBATEL

5265

DE

MAGIA VETERVM



Summum Sapientia Studium.

In omnibus consule Dominum, et nihil
rogites, dicas, facias, quod tibi Deus non
consulerit

BASILEÆ

5 7 5

ARBATEL

DE MAGIA SEV PNEVMATICA
VETERVM TVM MAGORVM

populi Dei, tum Magorum gentium pro
illustratione gloriae et Philantropias Dei.

Nunc primum ex tenebris in lucem producta,
contra Caromagos et contemptores donorum
DEI, ad utilitatem et delectationem omnium,
qui vere et pie delectantur DEI creaturis, et
illis cum gratiarum actione utuntur ad
honorem DEI, et utilitatem sui et proximi.

Et habet Tomos nouem Aphorismorum
Septies Septenorum.

PRIMVS dicitur ISAGOGE seu Institutio-
tionum liber Magia, seu τ πνευματικῆς,
quod quadraginta nouem Aphorismis genera-
tissima totius artis precepta complectatur.

SECUNDVS est MICROCOSMICA MA-
GIA: quid Microcosmus per suum Spiritum
et sibi à natiuitate addictos genios Magice,
hoc est Sapientia Spirituali effecerit, et quomodo.

TERTIVS est OLYMPICA MAGIA,
quomodo per Spiritus Olympi agat et patia,
sive homo

QVARTVS est MAGIA HESIODICA
et HOMERICA, qua docet operationes per
spiritus dictos Carodamones tanquam non hos-
tiles humano generi.

QVINTVS est ROMANA seu SYBILLINA
MAGIA, qua cum tutelariis Spiritibus et do-

minis, quibus distributus est terrarum orbis,
agitur et operatur. Hac est ualde **INSIGNIS**
MAGIA. Huc et **PRIMUM** doctrina refer-
tur.

SEXTA est **PYTAGORICA MAGIA**
qua tantum agit cum Spiritibus, quibus data
est altissima doctrina, Physica, Medicina, Ma-
thematica, Alchimia, et uirine artes.

SEPTIMA est **APOLLONII** et similibum
cum **MAGIA**, complicata cum Romana et
Microcosmica. Habet tamen hoc peculiare, quod
potestatem habet super spiritus hostiles huma-
ni generis.

OCTAVA est **HERMETICA**, hac est **ÆGYP-
TIACA**, et non multum abest à Diuina Magia,
Hac producit Deos qui in templis habitant
omnis generis.

NONA SAPIENTIA est illa, qua ex solo
uero **DEI** dependet, et dicitur prophetica.

LIBRI

Arbatel Magia

TOMVS PRIMVS dictus ISAGOGE.

IN NOMINE Creatoris visibilium et inuisibilium, qui in uocantibus de thesauris suis reuelat mysteria, et secreta sua, et paternè ac clementer ea largitur nobis sine mensura. Et det nobis per unigenitum filium suum Dominum nostrum IESUM CHRISTVM ministros suos Spiritus secretorum reuelatores, ut librum ARBATEL conscribamus de maximis secretis, quæ fas est hominem scire, illisq; sine DEI offensa uti. Amen.

APHORISMORVM SEPTENA
Prima.

APHORISMVS. I.
CVI nult secreta scire, secreta secretè sciat
custodire, et reuelanda reuelat: sigillanda sigillet:

et sarrum non det ranibus, nec margaritas pro-
yriat ante porcos. Hanc legem observa, et aperietur
tibi oculi mentis ad intelligenda secreta, et
audies tibi diuinitus reuelari quicquid animus
tuus desiderauit. Habebis etiam prompta An-
gelorum DEI, et spirituum in natura ministe-
ria obsequentiora, quam ullus animus humanus
desiderare possit.

APHORISMVS. II.

In omnibus inuoca nomen Domini, et sine inus-
sitate DEI per unigenitum filium nihil sus-
cipias ad rogitandum uel faciendum. Utere
autem Spiritibus tibi datis ac attributis tan-
quam ministris, sine temeritate et presumpcio-
ne, cum debita reuerentia erga Spirituum domi-
norum, tanquam legatis DEI: et quod reliquum
est vite pacifice perages ad DEI honorem,
et tuam ac proximi utilitatem.

APHORISMVS. III.

Vive tibi et Musis, multitudinis amicitias: vita:
Temporis sis auarus: omnibus beneficus: utere do-
nis tuis: uocationi inuigila: Verbum Dei nunq̄ re-
cedat ab ore tuo.

APHORISMVS. IIII

Obtempera bene monentibus: Fuge procrastinatio-
nem omnem: ad constantiam et grauitatem in dic-
tis et factis tuis te asuefac: Tentationibus tenta-
toris resiste per uerbum Dei: Fuge mundana, ca-
lestia quare: Non imitaris prudentia tua sed in
omnibz ad Deum respice, secundum scripturae senten-
tiam: Cum nescimus quid faciamus ad te Deus
elevantq̄ oculos nostros, et a te expectamus auxi-
lium. Vbi enim humana nos destituunt praesidia,
ibi Dei affulget auxilium, secundum Philonis dictu.

APHORISMVS. V

Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo:
ex omnibz uiri bz tuis, et proximum sicut teipsum,
et Dominus te custodiet tanquam pupillam oculi
sui, et ab omni malo liberabit, ac te & replebit omni

*Suo bono, nihil; desiderabit anima tua, cuius
non compos sis futurus, modo tibi ad salutem cor-
poris et animi contulerit.*

APHORISMVS. VI.

*Quicquid didideris, frequenter repete, et menti
sue infige, et multum discas: non multa: quia a^o
hūmanus non potest omnib⁹ par esse, nisi diuinitus
quis regeneratus sit. Huic nihil est tam arduum,
aut tam multiplex cui par esse non possit.*

APHORISMVS. VII.

*Inuoca me in die tribulationis, et exaudiam te,
et honorificabis me dicit Dominus. Omnis autem
ignorantia est tribulatio animi. Inuoca ergo
in ignorantia tua Dominum, et exaudiet te: et
memento, ut honorem tribuas Deo, ac dicas cum
Psalmista: Non nobis Domine non nobis, sed nomini
tuo a^o gloriam.*

SEPTENA

Secunda

APHORISMVS. VIII.

Sicut scriptura testatur, quod Deus imponit
nomina rebus aut personis, et simul cum illis etiam
ibidem vires et officia quaedam distribuit de the-
sauris suis, ita characteres et nomina constella-
ta non habent vires ratione figura vel pronuncia-
tionis, sed ratione virtutis seu officij, quae Deus
vel natura ad tale nomen vel characterem ordina-
uit. Nulla enim est virtus vel in caelo, vel in terra,
vel in inferno, quae non descendat à Deo, quo non
favente nihil quod habet, dare, et in altum tra-
ducere potest.

APHORISMVS. IX.

Sapientia summa ea est, quae in Deo: deinde in
creaturis Spiritualibus: postea corporalibus: quar-
tò in natura et in rebus naturalibus. Haec longo
intervallo sequuntur Spiritus Apostatae et re-
servati extremo iudicio. Sexto ministri poena-
rum in inferno et obedientes Deo. Septimo infi-
mum locum Pygmaei tenent, et qui in elementis
et elementatis habitant. Omnes differentias

sapientiae creatoris et creaturae cognoscere ac discernere conuenit, ut quid in nocturnum usum de unaqueq; desumere debeamus, certo nobis constet, et quomodo id fiat reuera sciamus. siquidem omnis creatura ad utilem finem naturae humanae condita est: et in eius ministerium, sicut sacrae testantur literae, ratio et experientia.

APHORISMVS. X.

Deus pater omnipotens Creator caeli et terrae, uisibilium omnium et inuisibilium in sacris literis seipsum conspicendum proponit: et tanquam pater qui tenere suos filios amat, docet nos quid sit utile, quid non, quid fugiendum, quid amplectendum: deinde etiam nos summis propositis beneficijs corroborat, libq; et aeternis ad obedientiam allicit, ac propositis poenis abijs, quae nobis utilia non sunt, deterret.

In igitur sacras literas nocturna uersato manu uersato diurna, ut sis in praesentiarum et ad omnem aeternitatem felix et beatus. Hoc fac et uives, quod te sacrae docuerint paginae.

APHORISMVS. XI.

Numero quaternarius est Pythagoricus; et primus
quadratus, ergo hic ponemus fundamentum omnis
sipientie post DEI reuelatam sapientiam in sacris
litteris, et ad considerandum in natura propositum.
Constitutus ei, qui totus ex DEO pendet, omnis crea-
tura sapientiam in seruire et obedire seu uolenti sue
uolenti, uel uolentes, uel nolentes. Ac in hoc DEI
elucescit omnipotentia. In hoc igitur CARDO
DEI consistit, VT VELIMYS nobis creaturam
in seruire: et sciamus uolentes nobis in seruire a
uolentibus discernere: ac ut cuiusq; sapientiam
et officia nobis accommodare discamus. Hæc ars
non nisi diuinitus datur, cui uult DEVS sua
secreta reuelat, cui non uult aliquid de suis thesau-
ris largiri, is inuito DEO ui nihil abstulerit.

Ergo rectè TVC ΠΡΕΥΑΤΤΗΛΩ ΕΤΙΣΙ ΞΕΥ
à solo petamus Deo, qui nobis ea clementer impar-
tiet. Qui enim nobis filium dedit, et pro Spiritu
Sancto suo orare nos iussit, quanto magis nobis
totam creaturam, uisibilia et inuisibilia subij-
riet. ΟΥΙΟΥΙΩ ΠΕΤΙΕΡΙΤΙΣ ΑCΧΙΡΕΤΙΣ.

Videte ne donis DEI abutamini, et omnia vobis
reoperabuntur ad salutem. Et ante omnia in hoc
vigilate, ut nomina uestra scripta sint in caelo.
hoc lenius est quod vobis Spiritus obedient, sicut
Christus monet.

APHORISMVS. XII.

In Actis Apostolorum inquit Spiritus Petro
patet uisionem: Descende, et noli dubitare, quia ego
misi eos, cum arreseretur à Cornelio Centurione.
Hoc modo uocali uerbo omnes fradebantur disci:
plura per sanctos DEI angelos, sicut ex Aegiptio-
rum patet monumentis. Et haec postea humanae
sunt deprauata opinionibus, et impulsu malorum
Spirituum, qui uarias seminant in filios dis-
fidentia, sicut manifestum est ex Sino Paulo et
Hermete Trismegisto. Et non est alia INSTAV-
RANDI ARTES RATIO, quam ex doctrina
Sanctorum Dei Spirituum: quia uera fides EX
AUDITV. Quod autem de ueritate sis certus,
neq; dubites, an Spiritus qui tecum loquitur,

vera an falsa pronuntiet, dependet ex fide tua in
Deum, ut cum Paulo dicas, Scio cui confido. Si nul-
lus passerculus potest cadere in terram sine uolun-
tate patris, qui in caelis est, quanto magis o-
modica fidei te non patietur Deus decipi, si à Deo
dependes, et illi soli cohaeres?

APHORIS. MVS. XIII.

Quiuit Dominus, et omnia quae uiuunt in ipso ui-
uunt. Et est uere **IEHOVAH**, qui dat uni-
uersis ut sint quod sunt, et solo uerbo uocali per fi-
lium de nihilo produxit omnia quae sunt, ut sint. Is no-
tatur omnes stellas, omnem militiam caeli, nominibus
suis. Cui ergo Deus reuelauerit **NOMINA CREA-
TURARVM**, is sciet ueras uires, et rerum naturas:
ordinem et politiam totius creatura uisibilis et inui-
sibilis. Reliquum etiam est, ut à Deo potestatem
accipiat producendi uires, in natura et uniuersa
creatura recondita de potentia in actum: de te-
nebris in lucem. Scopus igitur tuus esse debet, ut
spirituum nomina teneas, hoc est officia et potes-
tates eorum: et ut à Deo illi tibi in ministerium

subiciantur seu addicantur. Sicut RAPHAEL
attributus fuit Tobiae, ut parentem sanaret, experi-
culis liberaret filium, et ei uxoreulam suam addu-
ceret. Ita MICHAEL Dei fortitudo, populū
Dei gubernat. GABRIEL Dei nuncius missus fuit
Danieli, Mariae, Zachariae Johannis Baptistae
patri. Et tibi petenti datus est qui te doceat, quae
animus tuus desiderauerit in rerum natura. Huius
utaris ministerio cum metu et tremore creatoris
tui, redemptoris tui, et sanctificatoris tui, Patris
videlicet, Filij et Spiritus Sancti, et noli ullam
occasionem praetermittere discendi, et uocationi tuae
in uigilandi: et nihil rerum necessarium desiderabis.

APHORISMVS. Xiiii.

Viuat anima tua in aeternūm per eum qui te crea-
uit. Inuoca igitur Dominum Deum tuum, et illi
soli seruias. Hoc feceris, si perpendas ad quem fi-
nem à Deo conditus sis, et quid Deo, quid proximo
tuo debeas. DEVS à te requirit animum ut hono-
res filium, et filij uerbum custodias in corde tuo.

2

Hunc si honoraueris iam fecisti uoluntatem Patris
tui qui in caelis est: PROXIMO officia humanitatis
debes, et ut omnes ad te confugientes ad honorandum
filium adducas: Hic sunt lex et propheta. IN TEM-
PORANEIS debes Deum tanquam patrem inuocare,
ut tibi det omnia huius uitae necessaria: Proximum
uero de donis Dei inuare debes, siue illa sint Spiritua-
lia, seu corporalia bona.

Sic igitur orabis.

Domine Caeli et terra omnium uisibilem et inui-
sibilem conditor et creator: ego indignus, te in-
uocante, te inuoco per filium tuum unigenitum Do-
minum nostrum Iesum Christum, ut des mihi
Spiritum Sanctum tuum, qui me in ueritate tua
dirigat ad omne bonum tuum. AMEN.

Quia uero desiderio desidero artes huius uitae, et
necessarias nobis perfecte cognoscere, quae in mer-
sa sunt tantis tenebris et conspurcata infinitis
humanis opinionibus, ut ego uideam, me meis uiribus
nihil in ijs consequuturum te non docente: da mi-
hi unum de Spiritibus tuis, qui me doceat ea, quae

uis nos disere et cognoscere, ad laudem et honorem
suum et utilitatem proximi. Da mihi etiam cor docile,
ut que me docueris facile percipiam et in mentem
meam recordam, inde proferenda (sanguam de suis
inexhaustis thesauris ad omnes usus necessarios;
et da mihi gratiam, ut tantis donis tuis humillime
cum metu et tremore utar, per Dominum nostrum
IESUM CHRISTUM cum SANCTO SPIRI
TU tuo Amen.

SEPTENA TERTIA

APHORISMVS. XV.

Spiritus Olympici dicuntur illi, qui in Firma
mento et in astris Firmamenti habitant, et
horum officium est FATA decernere, et Fatales
casus administrare, quatenus id Deo placuerit et be-
miserit: sic nulli, neque malus Dæmon, neque malum
fatium, qui sedet in adiutorio altissimi, nocuerit. Qui
libet uero Olympicorum spirituum hoc docuerit aut
effecerit, quod eius Astrum cui addictus est, porten-
derit, tamen si sine permissione diuina nihil de po-
tentia ad altum deduxerit. Solus enim DEVS est

qui et posse et efficere illis dat: Deo conditori omnium
 parent super caelestia, caelestia, Sublunaria et inferna.
 lia. Ideo in hoc incumbere, ut Deo duce, quae suscipis, sus-
 cipias, et omnia OPTATVM et FOELICEM SOR-
 TIENTVR FINEM, quemadmodum totius mundi
 festatur historia, et quotidiana ostendit experientia.
 Pys pax: Impys non est pax, dicit Dominus.

APHORISMVS. XVI.

Septem sunt gubernatores seu officiorum differen-
 tia Olympi, quibus Deus voluit uniuersam hanc mun-
 di machinam administrari. Visibilia autem eorum
 Astra sunt ARATRON, BETHOR, PHALEG,
 OCH, HAGITH, OPHIEL, PHVL, Olympico ser-
 mone. Quilibet praeterea sub se habet militiam
 Firmamenti multiplicem.

ARATRON

BETHOR

PHALEG

OCH

HAGITH

OPHIEL

PHVL

praest. pro,
 vincijs ui-
 sibili bus

XXXIX.

XXXII.

XXXV.

XXVIII.

XXI.

XIII.

VII.

Vt sint Olympi prouincia. CLXXXV I. in
uniuersum in quibus suam politiam septem gubernato-
res administrant, quae omnia in **ASTRONOMIA**
GRATIAE explicantur discrete. Hoc autem loco quo-
modo ad **COLLOQUIA** deducuntur horum princi-
pes et potestates, explicandum est.

ARATRON in Sabbato et hora prima diei ap-
paret, ac responsa dat de suis prouincijs et prouincialibus
uerissimè. Similiter et alij ordine in suis diebus et horis.
PRÆEST etiam quilibet. 490 Annis. Principium
Anomalie similitis, anno. 60. ante Christum natum
est principium administrationis **BETHOR**, et
durauit ad annum Christi Domini. 430. Cui suc-
cessit **PHALEG** usq; ad. 920. annum. Deinde
OCH ad. 1410. annum. Abhinc **HAGITH** reg-
nat ad. 1900. usque.

APHORISMVS. XVII.

Magis euocantur Septem gubernatores in prin-
cipes, simpliciter eo tempore, quo diei et horis pra-
sunt, Visibiliter aut inuisibiliter, per sua nomina
et officia, quae illis Deus dedit, et proposito Chavao-
tere, quem uel confirmauerint uel ipsi dederint.

70
GYBERNATOR ARATRON habet in sua potesta-
te qua naturaliter facit, hoc est eodem modo, in prædis-
posito subiecto, ea quæ in ASTRONOMIA GRA-
TIA Saturninis uiribus ascribuntur. Quæ uero
libera sua uoluntate facit, sunt

1. Quod quæuis potest in lapidem et conuertere etiam
in momento, ueluti animal aut plantam refinentem
eadem obiecta uisus.

2. Conuertit thesauros in carbones, ac contra car-
bones in thesauros.

3. Dat familiares cum definita potestate.


4. Docet Alchimiã, Magiam, Physicam.

5. Conciliat homini Pygmæos, homines pilosos.

6. Facit inuisibilem.

7. Infacundum facit facundum, et donat longe-
uitatem.

CHARACTEREIVS.



Habet sub se. 49. Reges. 42. Principes. 35. Sa-
cras. 28. Dures. 21. ministros coram se stan-
tes. 14. familiares. 7. Nuncios; Imperat Legio-
nibus. 36000. Legio est numerus. 490.

BETHOR

Quae Ioui adscribuntur gubernat: uocatq; ritu adue-
nit.


Quem suo Carattere dignatur, ad maximas digni-
tatis euehit.

Obicit Thesuros. Aereos conciliat Spiritus,
qui uera dant responsa.

De locis ad locum transportant quae suis res et
labides praefigios, ac medicinae miraculosas in
suis effectibus.

Dat etiam familiares firmamenti, et potest ad
200 annos uitam prolongare si deus uoluerit.

CHARACTER EIVS




Habet suos 42. Reges. 35. Principes. 28. Duces.
21. Consiliarios. 14. ministros. 7. Nuntios. 29000
Legiones Spirituum.

PHALEG

Præst Marti attribuitis: Paris princeps: Eius
characterem cui tribuit, euehit ad summas digni-
tates in re bellica.

CHARACTER EIVS



OCH

Solaribus præst. dat. 600 annos cum firma
ualetudine. Largitur sapientiam: dat spiritus
præstantissimos: docet perfectam medicinam:
Conuertit omnia in aurum purissimum, et lapides
pretiosos. Dat aurum, et crumenam pullulantem
aure. Quem suo Characterè dignum duxerit, facit
tanq̃ numen coli à regibz totius mundi.

CHARACTER



Habet sub se Legiones. 76536. Solus administrat omnia, et sibi in seruiunt omnes sui Spiritus per centurias.

HAGITH

Gubernat Venerea. Quem suo dignatur charactere formosissimum facit, et ornatum omni decore. Cuprum conuertit in momento in aurum, Et contra aurum in cuprum. Dat Spiritus qui fideliter in seruiunt ijs, quibus addiuntur.

CHARACTER.




Habet Legiones. 4000 Spirituum, et singulis millenis præfirit Reges statis temporibus.

OPHIEL

est


Est gubernator Mercurialium, eius character
est talis.



Eius Spiritus accedunt ad Legiones centum mil.
lia: Sūt Spiritus familiares facillimè. Docet
omnes artes: Et quem suo caractere dignatur,
facit posse in momento Argentum Vincum convertere.
tere in lapidem Philosophorum.

PHVL

Hoc gaudet CHARACTERE



Omnia metalla in argentum commutat dicto et
facto: Gubernat Lunaria: Sanat Hydrophem: Dat
aqueos spiritus, et qui inserviunt homini corporali
et visibili forma: facit. 300. annos vivere.

GENERALISSIMA huius secreti
præcepta.

1. Gubernator quilibet cum omnibus suis Spiritibus
agit: Alias naturaliter, semper scilicet eodem modo:
Alias ex libera voluntate sua, si à Deo non impeditur.

2. Potest etiam omnia quæ naturaliter longo tem-
pore facit in materia prædisposita, etiam repente
in materia non prædisposita facere. Sicut OCH
Princeps Solarium longo tempore parat aurum in
montibus, Minori tempore per Chemiam artem:
In momento Magistri.

3. Verus et Genuinus Magus potest omnibus
creaturis DEI, et gubernatorum mundi officio
uti ad nutum suum. Ideo illis obediunt mundi
Gubernatores, et VOCATI VENIUNT, ac
iussa exequuntur, Deo tamen authore, Sicut
Iosue Stetit Sol in celo. Mediocribus Magis,

mittunt de suis Spiritibus, qui in determinatis fan-
tum quibusdam negotijs illis obtemperant. At
Pseudomagos non audiunt, sed eos Hamonibus illu-
dendos obijciunt, et in uaria pericula conijciunt
Deo mandante, sicut de Judæis Hieremias ta-
pite. 8. testatur.

4. In omnibus elementis sunt septem gubernato-
res cum suis exercitiis, qui equali motu rum fir-
mamenti motu mouentur, ac semper inferiores
à superioribus dependent, sicut in PHILOSOP-
HIA GRATIÆ docetur.

5. Ex utero matris ad Magiam producitur
homo, qui uerè Magus esse debet: alij qui seiplos
ad hoc officium ingerunt, sunt infelices. Hic locum
habet quod Johannes Baptista inquit: Nemo po-
test sibi accipere gloriam, nisi ei datum sit de super.

6. Omnis Character à Spiritu datus quacumq;
ratione, habet suam efficaciam in hoc negotio,
in quo datus est, in tempore præfinito. Est autem
eo utendum hora et die Planetaria qua datus est.

7. Vivit DEUS, et vivit anima tua, pactum
tuum servaveris, quod cum Spiritu revelatore
in DEO habes, quod omnia fient, quae Spiritus
tibi promittit.

APHORISMVS. XVIII.

Olympiterum Spirituum nomina ab alijs alia
traduntur, sed tantum illa sunt efficacia, quae
univrsiq; traduntur per revelatorem Spiritum vi-
sibilem vel invisibilem: et univrsiq; traduntur pro ut
ipsi sunt praedestinati. Ideo dicuntur esse constella-
ta, et raro efficaciam habent ultra. 340. annos.
Tutissimum igitur est tyroniq; artis, ut sine nomi-
nibus per sola Spirituum officia operentur, et si
ad Magiam praedeterminati fuerint, reliqua artis
requisita se ultro offerent. ORATE TANTVM
PRO FIDE CONSTANTE, et DEUS ordi-
nabit omnia in tempore opportuno.

APHORISMVS. XIX.

Olympus et eius incolae in forma Spirituum
se ultro hominibus offerunt, et sua officia

illis etiam incitis præstant, quanto magis si
eos expectas adveniunt. Quod autem etiam mali
arcedunt, et emersores, fit ex inuidia diaboli,
et quod peccatis suis homines eos ad se allirunt, tan-
quam peccatores debitam panam. Qui igitur expe-
ctat familiari conuersari cum Spiritibus, se custodi-
at ab enormibus peccatis, et diligenter oret pro
custodia altissimi, et præsumpt per diaboli in-
sidias ac eius impedimenta. Imò ipsemet ad
utiliter inserviendum. Mago à DEO illi manda-
bitur et adigetur.

APHORISMVS. XX

Omnia possibilia sunt credenti et uolenti: Omnia
impossibilia sunt incredulo et nolenti: Nihil
magis impedit, quam animi uolubilitas, leuitas,
inconstantia, futilitas, ebrietates, libidines, mo-
bedientia erga VERBUM DEI. Magum ergo
oportet esse Virum piem, probum, constantem
in dictis et factis, firma fide in DEVM, bri-
dentem, et nullius rei auarum præterquam
sapientie, quæ est circa res diuinas.

APHORISMVS. XXI.

Olympicos Spiritus cum euocare uolueris, obserua ortum Solis dici, de cuius natura Spiritum desideras, et dicta sequenti oratione fides uoti compos.

OMNIPOTENS ÆTERNE DEVS, QUI TOTAM Creaturam condidisti in laudem tuam, et honorem tuum, ac ministerium hominis, oro ut SPIRITUM. N. N. de Solari ordine mittas, qui me inferret et doceat, quæ illum interrogaueri. Aut mihi medicinam adferat contra hydroxem. Et. Verum non mea fiat uoluntas sed tua, per IESUM CHRISTUM filium tuum unigenitum Do. MINVM NOSTRVM. Amen.

Sed ultra horam integram non defatiges Spiritum, nisi sit tibi familiariter additus.

QVIA PLACIDÈ ET QUIETE VENISTI ac petitioni meæ respondi, ago Deo gratias in cuius uenisti nomine, ac eas nunc in pace ad ordines tuos, rediturus ad me cum te uocauero nomine tuo, aut per ordinem, aut per officium tuum, quod à creatore concessum est. Amen.

SEPTENA TERTIA.

APHORISMVS. XXII.

Secretum id dicimus, quod industria huma-
na sine reuelatione nemo exquisierit, cuius sci-
entia latet in creatura à Deo occulta, quod ta-
men permittit Spiritibus reuelari ad debitum eis
rei usum: et sunt secreta, vel de rebus diuinis,
uel naturalibus, uel humanis. Exquiras autem
pauca et selectissima, quibus pluribus ymo-
daueris.

APHORISMVS. XXIII.

Finis constitue de natura illius secreti, an per
spiritus in forma personæ, an per uirtutes separa-
tas, an organis humanis, aut quomodocumque
perfiri queat, nec ne. Hoc deprehensio, require
à Spiritu, qui eam scit artem, uel quicquid est
secreti, ut breuiter tibi illud dicat. Et ora De-
um, ut tibi suam gratiam adspiret, quò ad
oblatum finem secretum deducas in laudem
et honorem DEI, ut proximi utilitatem.

APHORISMVS. XXIII.

Maxima secreta sunt numero
septem.

Primum, est omnium morborum curatio /
spatio septem dierum, uel per characteres, uel
per naturalia, uel superiores spiritus cum
diuino auxilio.

Secundum, est vitam posse ad placitum pro-
durere ad quamcuq; aetatem, uitam inquam
corpoream et naturalem. Hanc primi habuere
parentes.

Tertium, habere obedientiam creaturarum
in elementis, quae sunt in forma spirituum per-
sonatum: Item Pygmaeorum, Saganarum,
Nympharum, Dryadum, Syluaticorum hominum.

Quartum, posse colloqui cum intelligentijs om-
nium rerum uisibilium et inuisibilium, ac de
quavis re audire, ad quid cui praest, conferat.

Quintum seipsum posse gubernare ad finem
a deo sibi praefixum.

5.
Sextum, Nosse Deum et Christum, eiusque Spi-
ritum Sanctum. Haec est perfectio Mirrorsmi.
Septimum, Regenerari ut sit Henochij rex
inferioris mundi.

Septem haec secreta sine Dei offensione
homo didicerit a Spiritibus, qui fue-
rit honesti et constantis animi.

SECRETA MEDIOCRIA SIMI- LITER SEPTEM SYNT NUMERO.

1. Metallorum transmutatio, quae vulgo
Alchimia dicitur, certa quidem, sed paucis-
simis datur, et non nisi ex peculiari gratia.
Non est currentis neque volentis, sed mise-
rentis DEI.

2. Metallica morborum cura, aut per
magnalia lapidum praefiosorum, aut lapi-
dis philosophici et similibus usu.

3. Posse Astronomica et Mathematica
praestare miracula, sicut sunt machinae

hydraulica, administrare negotia pro cæli
influxu et si quæ sunt similia.

4. Naturalis Magiæ opera, quælibet illa
sunt exhibere.

5. Omnes scholas prævisiones scire.

6. Omnes artes ex fundamento cognoscere,
quæ manibus exercentur et corporis membris.

7. Omnes artes ex fundamento cognoscere
quæ per Ag. Angelicam hominis naturam exer-
centur.

Secreta minora sunt septem.

1. Rem grauius facere, et multum pecunia
corrådere.

2. De humili statu ad dignitates et hono-
res ascendere, ac nouam familiam fundare,
quæ sit illustris et magnas res gerat.

3. In re militari excellere, et res magnas
fæliciter gerere, et esse capitis capit. Re-
gum ac Principum.

4. Esse bonum patrem familias ruris et in urbe.
5. Esse mercatorem industrium et fortunatum.
6. Esse Philosophum, Mathematicum, Medicum, Aristotelicum, Platonicum, Ptolemaicum, Euclidem, Hippocraticum, Galenicum.
7. Esse Theologum, Biblicum, Scholasticum, qui omnes scriptores Theologia veteres et nos didicerit.

APHORISMVS. XXV.

Dicitur est quid sit secretum, quae genera, quae species. Nunc restat dicere, quomodo ea quae desideramus scire, assequamur. Unica et vera via ad omnia secreta est, ut recurras ad Deum omnium boni auctorem, et sicut Christus docet, primo queras regnum Dei et iustitiam eius, et caetera adiumentur vobis.

2. Item, Cauete ne corda uestra grauentur cura, gula et ebrietate, et curis huius Vitae.
3. Item commendes curas domino, et ipse faciet.

4. Item, Ego Dominus Deus tuus, docens te
utilia, gubernans te in uia qua ambulas.

5. Et intellectum tibi dabo, et docebo te: in uia
quam gradieris, oculo meo te regam.

6. Item uos qui mali estis, scitis dare bona filiis
uestris: quanto magis pater uester, qui est
in caelis, dabit Spiritum sanctum petentibus.

7. Item, si uolueritis facere uoluntatem patris
mei, qui in caelis est, uere discipuli mei estis, et
ueniemus ad uos, et mansionem apud uos faciemus.

Septem haec scripturae loca, si de litera ad Spiritum
seu in actum deduxeris, errare non poteris,
quin desideratam metam attingas, à scopo non
aberrabis, et ipse Deus per Spiritum sanctum
suum te docebit utilia et uera: dabit etiam tibi
ministros angelos suos, tuos comites, doctores
et adiutores, ad omne secretum mundi. Man-
dabit et omni creatura, ut tibi obediat, ut laetetur
et gaudens dicat cum Apostolis, tibi obedire
Spiritus. Tandem quod maximum est, certus

eris, nomen tuum scriptum esse in caelis.

APHORISMVS. XXVI

Alia via est et communior, ut tibi reuelentur, etiam te inscio, secreta à Deo uel Spiritibus, qui secretum in sua potestate habent, uel per somnia, uel per fortis imaginationes seu impressiones. Aut ex naturae constellatione, per caelestes intelligencias. Hoc modo sunt uiri heroici, sicut sunt pleriq; omnes docti uiri in hoc mundo, PLATO, ARISTOTELES, HIPPOCRATES, GALLENVS, EVCLIDES, ARCHIMEDES, HERMES TRISMEGISTVS est secretorum pater, cum THEOPHRASTO PARACELSO, et in se omnes uires habent secretorum. Ad hoc secretum, Homerus, Hesiodus, Orpheus, Pythagoras referendi sunt, tametsi hi non nihil precedentis secreti dona habuere. Huc referuntur Nymphidiri, sicut Melissae filij et Prius geniti Achilles, Aeneas, Hercules: Item Cyrus, Alexander Magnus, Julius Caesar, Lucullus, Sylla, Marius.

CANON est, ut unusquisq; noſtat ſuum geni-
um, et ut illi obtemperet iuxta uerbum Dei, ac
caueat inſidias mali penū, ne Briti et M. An-
tonij calamitatib; inuoluatur. Huc refer FO-
VTANI Pontani librum de fortuna et ſuo
Euticho.

TERZIA VIA eſt improby labor, quo ſine ali-
quo diuino numine niſi magis aut admira-
tione dignum aliquis aſſequitur, ſicut dicitur.

Si niſi multa dices facie ſue Minerua.

Deſtamus omnes Coſmagos, qui illiciti-
tis ſuperſtitionib; ſe ſorios demoniorum
faciunt, et quædam quæ DEVS fieri per-
mittet, loco panæ a Diabolis impetrant.
Sicut etiam alia ſunt mala diabolo autho-
re, ueluti de IUDA teſtatur ſcriptura.
Huc referuntur omnes ſdolomaniæ uete-
rum et noſtræ ætatis, ac ſortium abusus,
qualia multa habuit perſilitas. Huc etiam
pertinet CHARONTICA enocatio manuum,

ueluti SAVLIS cum MULIERE opus, et
LYCIANI defuncti militis VATICINIVM
de euentu pugne Parsabitæ, et si quæ sunt similia.

APHORISMVS. XXVII.

Fac CIRCVLVM CENTRO. A. qui sit
B. C. D. E. Ad ortum sit B. C. quadrum, ad
Septentrionem. C. D. ad occasum D. E. et ad me-
ridiem. E. B. Singulos quadrantes diuide in sep-
tem partes, ut sint in uniuersum. 28. partes. Et
partes rursus in quatuor diuidantur, ut sint
iij 2. circuli partes, ac tot sunt Secreta uera
reuelanda. Estq; hic CIRCVLVS hoc modo
diuisus SIGILLVM SECRETORVM
totius mundi, quæ ab uniuo. A. centro pro-
manant, hoc est ab indiuisibili DEO in uni-
uersam creaturam. PRINCEPS ORIEN-
TALIUM SECRETORVM residet in me-
dio, et habet utrinq; ternos Satrapas, quorum
sub se quilibet habet quatuor, et ipse Princeps
sibi quatuor retinuit. Hoc modo et reliqui
quadrantes suos secretorum Principes et Sa.,

trapas cum quaternis suis scriptis habent.
Sed ORIENTIS est omnis Sapiencia & Fu-
lum. OCCASVS roboris, Meridies cultura,
SEPTENTRIONIS rigidioris Vita. ORI-
ENTI igitur MAXIMA commendata sunt
SECRETA, Meridies MEDIOCRIA,
Occasui et Septentrioni MINORA. VSVS
huius secretorum Sigilli est, ut scias unde
producantur Spiritus seu Angeli, qui secreta
sibi à DEO tradita doceant. Nomina autem
habent desumpta ab officijs et uirtutibus, prout
DEVS unicuique suum munus distribuit. Alij
habet potestatem gladij, alius pestis, alius
famis instigenda populis, prout à DEO ordi-
natum fuerit. Alij sunt euersores urbium,
sicut illi duo, qui missi erant ad euertendam
Sodomam et Gomorrhham, ac uirina loca:
quemadmodum horum exempla testatur
Scriptura sacra. Alij sunt uigiles regnorum.
Alij custodes principum, prout de uniuersisq;

20

sibi facile FORMAVERIT NOMINA in
sua lingua. Ita qui voluerit petat Angelum Me-
dicum aut philosophicum, aut Angelum pruden-
tia civilis, Sapientia supernaturalis, uel na-
turalis, aut qualemcumq; et petat SERIO,
maximo animi motu, FIDE et CONSTAN-
TIA, ac sine dubio quod petet, accipiet à Patre
vnum Spirituum DEO. Hac fides superat
omnia Sigilla, et subijcit illos voluntati ho-
minis. Huic FIDEI succedit CHARAC-
TERISTICA evocandi Angelos ratio, quae
sola ex revelatione divina dependet: sed sine
fide tamen praedicta, eaq; precedente iacet
in obsuro. Si quis tamen is non aliter atq;
memoriali uti voluerit, et ueluti simplici aliquo
à Deo ad hoc creato, cui talis uirtus seu spiri-
tualis essentia alligata sit: poterit sine DEI
offensa is uti. Sed caueat, ne in Idololatriam
cadat ac diaboli laqueos, qui suae uenationi
infertis facile INCAVTOs deripit. Et ipse

non nisi solo digito DEI tangitur, ac serui-
futi hominis additur, ut pio etiam iurifi-
seruiant. Verum non sine TENTATIONI-
BUS et tribulationibz, siquidem mandatum
habet, ut insidietur calcaneis CHRISTI
seu semini mulieris. CVM METU igitur
et tremore uersandum in Pneumatica, ac
summa erga Deum reuerentia, et cum
GRAVITATE et IUSTITIA cum spi-
ritualibz essentijs conuersandum. Ac ab
omni leuitate, superbia, auaricia, uanitate,
inuidia, impietate sibi caueat, qui talia
tractat, nisi miserabiliter perire uelit.

APHORISMVS. XXVIII.

Quia omne bonum à Deo, solo bono, à quo qua-
uolumqz impetrare, oportet in Spiritu et ueri-
tate ac simplici corde orando. CONCLUSIO
Secreti secretorum est, ut se quisqz excitet ad
orandum pro eo, quod quis desiderat, et non
patietur repulsam. Non despiciat aliquis

orationem suam: nam à quo petitur DEVS, et
largiri potest, et largiri vult, modò agnoscamus
authorem à quo suppliciter petamus desideria
nostra. Clemens et bonus pater amat filios
desideriorum, sicut Daniëlem, et citius exau-
dit, quam nos euincere possimus duritiem cor-
dis nostri ad orandum: sed non vult ut demus
Sanctum tanibz, non vult esse despectum et con-
temptum clemenciorum thesauri sui. Ergo diligen-
ter et sepe legas ac relegas primam septenam
secretorum. Sic vitam, omnesq; cogitationes
tuas instituas ac dirigas ad eas præceptio-
nes, et omnia tibi ex animi tui sententia ce-
dent in Domino, cui confidis.

SEPTENA QVINTA.

APHORISMVS. XXIX.

Vt Magia nostrum Studium procedat or-
dine generalibz præceptis præmissis ad par-
ticulare accedamus explanationem. SPI.

RITVS aut sunt diuini ministri uerbi et
ECCLESIAE ac membrorum eius: AVT sunt
inseruientes creaturae in rebus corporalib; par-
tim ad salutem corporis et animi, partim ad
interitum: nihilq; siue boni siue mali fit sine
certo et determinato ordine ac gubernatione.
Qui bonum finem desiderat eum consequetur.
Qui malum, etiam illum assequetur, idq; certis:
sine expena diuina et auersione à diuina
uoluntate. Proinde unusquisq; suos scopos cum
uerbo DEI conferat, ac ueluti ad Lapidem
lapidem diiudicet inter bonum et malum: et
apud se constituat quid fugiendum quidue expe-
tendum sit, quodq; apud se constituerit seu defi-
nuerit, sequatur ynauiter NON PROCRA-
STINANDO, ut destinatae pertingat metam.

APHORISMVS. XXX.

QUI diuitias, splendorem huius uita, Magis..
fratus, honores, dignitates, Tyrāides appe-
tunt (idq; Magis.) SI ANNITANTVR,

sedulo assequentur eos. Unusquisque pro suo facti et
industria, ac scientia Magica. Sicut MELESI
NÆ historia testatur. ET illius Maji, qui
constituit, ut nullus natione Italus maer,
num Neapoli Tyrannidem seu regnum obtineret:
ac effecit, ut ille qui ipsius ætate regnabat, de
sede deturbaretur. Usque adeo est magna po-
testas vigilum seu tutelarium Angelorum
regnorum mundi.

APHORISMVS. XXXI.

PRINCIPEM REGNI euocato, et ius in eum
impetrato, et commenda quod uolueris, et erit,
quousque ille princeps rursus non fuerit absolu-
tus ab obedientia per Majum succidentem.

Promde ~~princeps~~ rursus Neapoli regnum possit
restitui Italici si quis Magus euocaret
illum, qui hunc ordinem instituit, et eum adi-
geret ad recantandum suum factum. Cogere-
tur etiam restituere Clinodia ex Magico Thesau-
ro ablata. LIBRVM, GEMMAM, et COR.

NU **MAGICVM**, quibus habitus facile si
quis uellet, se mundi monarcham instituerit.
Sed ille **IUDÆVS** elegit uiuere inter deos usq[ue]
ad iudicium præ huius mundi transitorij bonis:
estq[ue] cor eius exaceratum, quod de **DEO COELI**
et terræ nihil intelligit, aut cogitat amplius,
sed immortalium delictis fruatur in æternam
suam perniciem. Et facilius euocaretur quam
PLOTINI GENIVS in **Isidis templo**.

APHORISMVS. XXXII.

Similiter et Romani ex Sibyllinis libris edoc-
ti, simil ratione se mundi Dominos institue-
runt, sicut testantur hystoriae. Sed **MINO-**
RES MAGISTRATVS largiuntur prin-
cipis regni Satrapæ. Qui igitur minori of-
ficio seu dignitati inhiet, Magist[er] Satrapam
principis euocet, et erit uoti compos.

APHORISMVS. XXXIII

At qui spretis dignitatib[us] solis inhiet diuitijs,
euocet diuitiarum principem, uel unum de

suis Satvabis, et uoti fiet rompos, in eo genere,
quo uoluerit diflescere, uel bonis ferris tribus,
uel meyratura, uel donis principum, uel studio
Metalliro, uel Chimire, prout aliquem his ditel,
renoi modis praesidem produxerit, et ius in
illum obtinuerit.

APHORISMVS. XXXIII

Omnis euocatio est unius generis et forma,
fuit in olim Sybillis et summis sacerdotibus fa-
miliaris haec ratio. Hoc nostro tempore per
institiam et impietatem est in uniuersum ames-
sa: quod etiam restat, est deprauatum super-
stitionibus et mendacijs infinitis.

APHORISMVS. XXXV.

MENS HUMANA EST SOLA mirificorum
operum effectrix, adeo ut se iunxerit spiritui
cui uoluerit. Coniuncta producit quae uult:
ideo CAUTE in MAGICIS procedendum,
ne decipiant Syrenes et Monstra, quae simi-
liter MENTIS HUMANAЕ societatem
appetunt. Semper igitur lateat sub ALIS

ALTISSIMI, ne se Leoni rugienti devo-
randum offerat. Qui namque mundana ap-
petunt, difficulter Sathanae laqueos effu-
giunt.

SEPTENA SEXTA.

APHORISMVS. XXXVI.

CAVENDVM est, ne experimenta expe-
rimentis commisceantur, sed ut unumquod-
que sit simplex duntaxat et unum. Nam DE-
US et NATVRA singula ad certum et des-
tinatum finem ordinarunt: Ita, EXEM-
PLI GRATIA qui simplicissimis herbis et
radicibus curant, omnium felicissime curant.
Hoc modo et in constellationis uocabulis et cha-
racteribus, lapidibus et similibus maxima
latent influenza seu uirtutes in actu,
quae sunt mirabili loco. Ita sunt et dictio-
nes, quae pronuntiatae statim exhibent
obedientes creaturas uisibiles et inuisibi-
les tam de nostro hoc mundo, quam de Aegypto,

Aereo Subterraneo et Olympico Supercaelesti
Infernali, et tandem etiam diuino. Studendum
igitur maxime simplicitati, et à Deo impetran-
da notitia falium simplicium: alias nulla alia
ratione uel experientia deprehendi possunt.

APHORISMVS. XXXVII.

Habent et singula suum locum sortita decenter
ORDO. RATIO, MODVS, sunt, quae faci-
lia reddunt omnes doctrinas tam uisibilem
quam inuisibilem creaturarum. ORDINIS
haec est ratio, quod alia sunt creaturae Lucis,
alia Tenebrarum. Haec sunt uanitati subiectae,
quia se in tenebras precipitarunt et mani-
parunt aeternis poenis, rebellionis gratia.
Horum regnum est partim pulcherrimum
in rebus transitorijs et caducis: una ex parte:
quia non posset consistere sine aliqua uirtute
et maximis quibusdam Dei donis: partim
uero foedissimum et horrendum dictu, quod
inundat omnibus flagitijs et peccatis, Adolo-
latria, Contemptu Dei, Blasphemijs Veri

Dei et operum eius: Cultu demoniorum, ino-
bedientia erga magistratum, seditionibus, ho-
micideis, latrocinis, firranide, adulteris,
nefandis libidinitibus, rapinis, furtis, menda-
cijs, pericurijs, cupiditate dominandi: In hac
mixture consistit tenebrarum regnum. At
LUCIS creatura, ueritate aeterna ac gratia
Dei, et sunt Domini totius mundi, etiam tene-
brarum Dominis imperant tanquam Christi
membra. Inter has et illas est aeternum
bellum, quoad Deus litem hanc dirimat suo ul-
timo iudicio.

APHORISMI. XXXVIII.

DVPLEX igitur est MAGIA sua prima di-
uisione. Alia est DEI, quam donat creaturis
Lucis. Alia est similiter DEI, sed donum crea-
turarum tenebrarum: eaq; duplex, ad finem
BONVM alia, ut cum Tenebrarum principes
rogantur creatura benefacere Deo eos rogen-
te. Alia ad finem MALVM, cum Deus ad
punniendum malos permittit tales Magice de-

ripi ad perniciem, uel etiam mandat tales in
perniciem detruendi.

SECUNDA DIVISIO MAGIÆ est, quod
alia opera perficit instrumentis uisibilibus per
uisibilia. Alia instrumentis inuisibilibus per
inuisibilia. Alia commixtis tam modis quam
instrumentis et effectibus.

TERTIA DIVISIO est. Alia est quæ solum
Dei inuocatione perficitur. Hæc est partim Pro-
phetica et Philosophica, partim sicut **THEO-
PHRASTICA**. Alia quæ per ignorantiam ueri-
tatis Dei cum principibus Spirituum agit, ut uoti com-
pos fiat, sicut est opus **MERCURIORVM**.

QUARTA diuisio est, quod alia à summo Deo
descendendo cum bonis Angelis loco Dei suam
MAGIAM exercet: talis erat **BAALIM
MAGIA**. Alia quæ cum Satrapis malorum
Spirituum suas exercet actiones: tales fuerunt
qui per minores gentium Deos operabantur.

QUINTA diuisio est. Alij cum Spiritibus aperte
et toram facie ad faciem agunt, quod paucis da-

tur. Alij per somnia aut alia signa agunt: quæ
li ueteres ex augurijs et hæcjs captabant.

SEXTA diuisio est quod alijs operantur per
immortales creaturas. Alij per mortales Nymi-
phas, Satyros, et similes aliorum elementorum
incolas, Pygmæos, &c.

SEPTIMA diuisio est, quod alijs ultra spiri-
tus inserviunt sine arte, alijs uix per artem
uocati inserviunt.

Inter has Magia species omnium præstantis-
sima est, quæ à solo Deo dependet.

SECUNDA, cui ultra spiritus fideliter seruiunt.

TERTIA quæ propria est CHRISTIANORVM,
quæ à CHRISTI potestate, quam habet in
cælo et in terra, dependet.

APHORISMVS. XXXIX.

Apparatus ad artem Magicam discen-
dam est Septuplex.

PRIMUM est, ut diu noctuq; cogites, quo-
modo in ueram Dei notitiam ascendat. tum per
uerbum reuelatum inde usq; à mundo condito:

sum per mirabiles effectiones, quas exhibent uisibiles et inuisibiles Dei creature.

SECUNDO requiritur, ut homo in seipsum descendat, se sequens et optime nouissime studeat, quid mortale in se habeat, quid immortale, quid uero inique partis sui proprium sit, quid diuersum.

TERCIO ut distat per immortalem sui partem, eternum Deum colere, amare, et timere: atque in spiritu et ueritate adorare: cum mortali uero sui parte, ea facere, quae seruiat Deo grata esse, et proximo utilia.

HÆC SUNT TRIA summa et prima Magiae præcepta, quibus quisque se parauerit ad ueram Magiam seu diuinam sapientiam concupiscendam et assequendam, ut dignus habeatur, cui Angelicæ creature inserviant, non tantum occulte, sed etiam manifeste, de facie ad faciem.

QUARTO Cum ab utero matris quilibet ad certum genus uitæ uocetur, inuigilandum ut quilibet pernoscat an ad Magiam natus sit, et ad quam eius spectem. Quod quibus percipiet, qui hæc nostra legens facile reperit, et experiendo se successus

habere senserit. Nam non nisi parvulis et hu-
milibus talia et tanta dantur dona.

QVINTO aduertendum, num circa se mani-
feste assistentes sentiat Spiritus in maximis
negotijs suscipiendis: Quod si tales senserit, ma-
nifestum quod ex Dei ordinatione fiet Magus, hoc
est talis persona, quae ministerio Spirituum uti-
tur ad praecclaras res efficiendas. Hic ut plu-
rimum peccatur, uel negligentia, uel inscitia,
uel contemptu, uel etiam nimia superstitione:
peccatur etiam ingratitude erga Deum, qua
clarissimi plerique Viri, sibi praetera exitium at-
traxerunt: peccatur et temeritate ac perui-
cacia: Ac tandem etiam quando dona Dei non
EO IN HONORE habentur quo requiruntur,
et parerga ergis praefervuntur.

SEXTO, FIDE ET TACITVRNITATE
opus est futuro Mago, maxime ut nihil profe-
rat secretorum quae a Spiritu sibi interduntur,
sicut DANIELI mandatur. Sigillanda quae-
dam, hoc est non proferenda in publicum. Sic neq̄

PAVLO liberum erat quae uiderat in reuelatione
ut prospalaret. Nemo crediderit quantum in hoc
unico praeecepto situm sit.

SEPTIMO requiritur summa iustitia in futu-
ro MAGO, hoc est ut nihil impium, iniquum, im-
iustum suscipiat, imò ne in animum quidem ad-
mittat, et sic defendetur diuinitus ab omni malo.

APHORISMVS. XL.

Cum circa se senserit aliquid incorporeum agens,
uel exteriori aliquo sensu, uel inferiori: sed eundem
secundum septem subsequentes leges gubernet ad
magis consequendum finem.

PRIMA haec lex esto, ut sciat à Deo ordinatum
sibi talem spiritum, ac cogitet se habere inspectorem
suarum actionum et cogitationum omnium. Deo
omnem uitam suam ad ordinem praescriptum in
uero DEI dirigat.

SECUNDO semper cum Dauide oret: Spiritum
sanctum tuum ne auferas à me, et Spiritu
principali confirma me. Et ne nos inducas in
tentationem, sed libera nos à malo. Ne des quae so

pater cælestis potestatem Spiritui mendari,
quemadmodum dedisti super ACHAB, ut periret,
sed custodi me in veritate tua, AMEN.

TERTIO assuefariat se ad probandos Spiritus,
sicut Scriptura monet: nam de Spiritu non legun-
tur Vicia. Omnia probemus quod bonum et lauda-
bile est apprehendamus, quod repugnat uoluntati
Diuina fugiamus.

QUARTVM est, ut simus remotissimi ad omni su-
perstitione. Est autem **SUPERSTITIO** hoc
in loco, tribuere diuinitatem rebus, in quibus ni-
hil est diuini: aut etiam electio à nobis cultu
sine mandato Dei uelle Deum colere: Quales sunt
omnes ceremonia Magica Sathanicæ, qui im-
pudenter se tanquam Deum coli uolunt.

QVINTO fugienda est patria Fidorum, quæ suo
proprio motu potentiam diuinam alligat Fidis
aut alijs rebus, ubi non sunt à creatore uel natura
ordine posita, qualia multa Caromagi effingunt.

SEXTO fugienda etiam insidiosa Diaboli Caro-
zylia quæ imitatur creationis et creatoris po-
tentiam, ut uerbo res producat, quæ non sunt

ut sint, quod est solummodo Omnipotentis Dei, et
creaturæ incommunicabile.

SEPTIMO inhaerendum donis **DEI**, et sancti
spiritus, ut ea diligenter cognoscamus et extolamus
foco peccatore, et omnibus uiribus nostris.

APHORISMVS. XLI

Accedimus ad nouem huius Tomi ultimos Aphorismos,
quibus totam Tragoicam Magiam conclu-
demus diuina adiuuante Clementia.

EST igitur ante omnia obseruandum quid per
Magum in hoc opere intelligamus.

Volimus autem eum esse Magum, cui ex Dei
gratia manifeste spirituales essentiae seruiunt
ad cognitionem totius uniuersi et naturarum in
his contentis, siue uisibiles illae sint, siue inuisibi-
les. Haec descriptio Magi late patet, estq; uniuersalis.

CACOMAGVS est, cui ex diuina permissione
mali spiritus seruiunt ad temporalem et aeternam
perniciem: ad demetandos homines, et auertendos
à DEO. Talis fuit **SIMON** Magus, cuius men-
tio fit in Actis Apostolorum, et in **CLEMENTE**

quem diuus PETRVS inquit deturbari in terram,
tūm se tanquam Deum ab immundis spiritibus iuberet
in aerem eleuari.

In hunc ordinem referendi etiam omnes, qui in le-
gibus XII. Tabularum notantur, et suis male-
factis seu maleficijs innotescunt.

UTRIVSQUE MAGIÆ autem subdiuisiones
et species in sequentibus Tomis notabimus.

Hoc loco suffererit, quod scientiam BONI et
MALI distinguit. Cum utriusq; primus HO-
MO possessionem in sui perniciem appetuerit.
Veluti MOISES et HERMES demonstrant.

APHORISMVS. XLII.

Sciendum secundi, quod Magus est persona
ex utero matris ad hoc genus operis PRÆDES-
TINATA, neque sibi quicquam aliquis de tan-
tis rebus sumpsit, nisi ad hoc VOCATUS fue-
rit diuinitus ad bonum finem ex GRATIA,
ad malum finem ut compleatur scriptura,
oportet scandala fieri: sed uae illi homini per

quem. Promde sicut et supra aliquoties monui.
mus cum metu et tremore in hoc uiuendum
mundo.

NON negauerim tamen aliquas utriusq; Magia
species, studio et diligentia aliquem assequi posse,
si amittatur. Sed ad illa summa genera ne aspi-
rauerit unquam. Imo si illa appetet, uiolabitur
corpore et anima sine dubio. Tales sunt, qui ex
operacionibus Caromagicis ad montem OREB
aut solitudines quascunq; transferuntur, aut
mutuantur aliquo, aut discerpuntur simplici-
ter: aut tandem priuantur mentis, quemadmo-
dum multis talia usu ueniunt, ubi a deo deser-
ti traduntur Sathanae.

SEPTENA SEPTIMA

APHORISMVS. XLIII.

Quia Deus, et Dei opera uiuunt in eo, factu quo
esse uoluerunt: nam uoluit illos libertate sua
ad obedientiam mandatorum aut inobedientiam
mandatorum eorum uti. Obedientibus proposuit
sua praemia. Inobedientibus proposuit poenas

meritas. Libera ergo uoluntate Spiritus per su-
perbiam et contemptum FILII DEI à Deo crea-
tore destituerunt, et reseruantur ad diem iræ. Estq̃
illis relicta maxima potestas in Creatione, sed
tamen limitata, et semper freno Dei coherren-
tur suis limitibz. MAGVS igitur DEI, quod
sipientem Dei sonat, seu à Deo informatum ma-
nu Dei ad omne æternum bonum deducitur et
MEDIOCRIA uel etiam SUMMA CORPORALIA.

Magna est potentia Sathanae propter hominum
magna peccata. Ideo etiam magna Sathani-
ci Magi præstiterint, et maiora quam quis
unquam crediderit. Quamuis in suis limitibz
subsistant, tamen illi supra omnem captum
humanum sunt, quatenus ad corporalia et tran-
sitoria huius uitæ: quemadmodum id multæ
ueterum testantur historia, et quotidiana
rerum exempla. In fine utraq̃ Magia
à se inuicem differunt, illa ad æterna bona
transit, et temporalibz utitur cum gratia
rum actione. Hac de æternis parum est soli,

90
rita, sed tota se corporalibus tradidit, ut liberissime
omnibus suis fuatur cupiditatibus et delictis in
DEI et irae eius contemptum.

APHORISMVS XLIIII.

Transitus de communi hominum uita, ad uitam ma-
iorem, non est alius nisi de eadem uita dormien-
tem ad eandem uitam uigilantem. Quae enim no-
communi hominum uita hominibus accidit ig-
norantibus et nescientibus, ea Magis accidit sci-
entibus et uolentibus.

MAGVS intelligit quando animus eius à seipso
rogitat, deliberat, ratiocinatur, constituit, de-
finit aliquid faciendum: obseruat quando suae
rogitationis ab assistente separata essentia
profiteriscuntur, et probat de quo ordine illa as-
sistens separata essentia sit.

At homo Magia imperitus tanquam belua
affectibus sursum et deorsum fertur, cum à suo ani-
mo emanantibus, tum impressis ab essentibus as-
sistentibus: ac nescit per uerbum Dei inimicorum
consilia euertere, sed ab insidijs tentatoris pra-
custodire.

APHORISMVS XLV.

Summum Magia præceptum est, scire, quid
 quisq; ad usum suum accipere debeat ab assistente
 spiritu, quid respicere: quod à Psalmista discretè dicitur,
 te, In quo corrigit adolescens viam suam? in custo-
 diendo sermones tuos Domine. Custodire verbum
 Dei, ne illud malus rapiat de corde, summum est
 sapientia præceptum, reliquas suggestiones, quæ
 non sunt contra gloriam Dei, et charitatem erga
 proximum, admittere et excribere licet, non inter-
 rogando à quali spiritu talis suggestio proficitur.
 Cavendum tamen ne nimium circa non
 necessaria occupemur iuxta Christi admoni-
 tionem Martha Martha, tu es sollicita circa
 plurima. Maria optimam partem elegit, quæ
 non auferetur ab ea. Ita semper intuendum
 Christi dictum. Principio quaerite regnum
 Dei et iustitiam eius, et cætera omnia adij-
 cientur vobis. Cætera hoc est omnia quæ mor-
 tali Microcosmi parti debentur, victus,
 amictus, artes vitæ necessaria.

APHORISMVS. XLVI.

Nihil ad id decet hominem, ac constantia in dic-
 tis et factis. Et cum simile gaudeat simili, nulli
 sunt feliciores talibus: quia sancti angeli circa
 tales versantur, eorumque custodiam tenent. Con-
 tra auersantur homines nihili et folijs leuiores
 raducis. Ex his elicimus. 46. Aphorismum. Prouit
 sequi quisq; pesserit, ita ad se allitnerit eius natura et
 conditionis Spiritus. At uerissime quidam ad-
 monet, ne quis uelit ultra suam uocationem se effe-
 re, ne ad se uel ad extremis terrarum orbis aliquem
 malignum Spiritum alliciat, a quo infatuatur,
 ac ad finalem perniciem pertrahatur. Hoc pre-
 ceptum latissime patet, Nam Midas, cum om-
 nia conuertere uellet in aurum, ad se talem tra-
 xit Spiritum, qui hoc prestare posset, et per eum
 deceptus, ad mortem ex fame perductus fuisset,
 nisi ex misericordia Dei eius stultitia correpta
 fuisset. Idem accidit nostris temporibus mulier-
 cula circa FRACKFVRTVM AD ODERAM,
 ut de omni re pecuniam raperet et deuoraret. O

si hoc præceptum homines perpenderent, et non Mida
et similium historias pro fabulis haberent, diu-
gentiores essent in moderandis suis affectibus et cogi-
tationibus, neque ita perpetuo à Spiritibus aere-
orum montium Vespiciæ vexarentur. Prævidi ac-
curatè observandum, ut per uerbum falsæ præ-
sumptiones ex animo reijciantur, dum recentes
sunt, neque habitum fecerint in otioso et diuino
uero uacuo animo.

APHORISMVS. XLVII.

In uocatione sua, qui fideliter uersabitur, habe-
bit etiam constantes eius studij socios Spiritus,
qui ei omnes suppediabant successus. Quod si
etiam Magiæ aliquam notitiam habuerit, non
grauabuntur se illi ostendere, ac familiariter
cum ipso colloqui, et in diuersis ministerijs iisdem,
quibus addicti sunt: inservire, in bonis, boni ad sa-
lutem: in malis, mali ad omne malum et perni-
tiam. Non sunt exempla in historijs fortius mundi,
et quæ in diebus in mundo accidunt. An bonis exem-
plo est Theodosius ante Victoriam de Arbogasto.

51

In malis Brutus antequam occumberet cum
a Caesaris genio persequeretur, ac deponeretur
ad penam, ut seipsum iugularet, qui patrem Patriae
et suum patrem iugulauerat.

APHORISMVS. XLVIII

Omnis Magia est reuelatio eius generis Spirituum,
cuius speciei est Magia. Ita nouimus **MY-**
S. F. HESIODVM ad nouenam Magiam no-
tarunt, sicut de seipso manifestè testatur in
Theognia. **HOMERICVM VLYSSIS GE-**
NIVS in Psychiagogia. **HERMETEM** de sub-
limioribus animis spiritus. **MOSEN** ipse **DEVS**
in rubo. **TRES MAGOS**, qui Christum quæsi-
tum uenerant Hierosolymam, Angelo domini eo-
rum ductor. **DANIELEM** Angeli Domini. Sic
non est, ut quis gloriatur, non est uolentis nec rur-
rentis, sed uel miserentis **DEI** uel alicuius alterius
spiritualis fati.

HINC OMNIS ORITVR MAGIA et
eò rursus deuoluitur, seu bona illa sit seu mala.
Hoc modo **TAGES** primus præceptor Magiae

Romanorum de terra profilyt, DIANE EPHE.,
SIORVM suum cultum quasi cælitꝰ demissum os.
tendit. Sic et APOLLO, ac uniuersa GENTIVM
RELIGIO accepta est ab ysdem Spiritibꝰ, neqꝰ
sunt ut SADVCEORVM opinionis, humana in-
uenta.

APHORISMVS. XLIX.

CONCLUSIO huius ISAGOGE esto idem
quod superius nunc à nobis dictum est. Quemad-
modum VNVS est DEVS, à quo omne bonum: et
VNVM PECCATVM, uidelicet inobediencia erga
DEI mandantis uoluntatem, à quo omne malum.

Ita TIMOR DOMINI INITIVM SAPIENTIE
et omnis utilitas Magia. Nam timorem Dei se-
quitur obedientia erga uoluntatem DEI. Hanc
consequuntur PRÆSENTIA DEI et SPIRITVS
SANCTI, ac ministeria sanctorum Angelorum,
et omnia bona de inexhaustis thesauris DEI.

AT inutilitas et damnoſa MAGIA oritur ex eo,
ubi ex corde timorem Dei amittit, et nobis pec-
ratum dominari patitur. Ibi statim princeps

huius mundi DEVS huius seculi talem instituit et
 INITIAT sacris regni sui, prout talem inuenit
 utilem suo regno. For sicut Araneus muscam que
 in suam telam intrat, irretit: ita Sathan etiam
 uenationem laqueis cupiditatum illaqueat, donec
 eum exugat et exoret ad materiam aeterni ignis:
 hos fouet et tollit in altum, ut lapsu grauiore
 ruant. Circumfer raudide lector, oculos et men-
 tem tuam ad historias sacras et profanas ad ea
 que mores fieri in mundo uides et deprehendes

OMNIA MAGORVM PLENA, iuxta dupli-
 tem scientiam, BONI ET MALI: Quae ut
 melius possint discerni, pro Hagoge conclusi-
 one horum diuisionem et subdiuisionem hic sus-
 ierimus, in quo quisq; contemplari poterit, quid
 sequendum sibi sit, quid contra fugiendum: et qua-
 tenus uniuersq; insudandum sit ad competentem
 uita et uiuendi terminum.

SCIENTIA.

BONI

Theosophia.

Notitia uerbi Dei, et
uita iuxta Verbum Dei
instituta.

Notitia gubernationis Dei
per angelos, quos scriptu-
ra Vigilos uocat, et in-
telligere angelorum mas-
teria

Antroposophia
"a homini
data"

Scientia rerum naturalium.

Prudentia rerum humanarum.

MALI

Kakosophia
"a"

Contemptus Verbi Dei et ui-
uere ex diaboli uoluntate.

Ignorantia gubernationis
Dei per angelos

Contemnere custodiam
angelorum aut sortos esse
diabolorum.

Idolatria, Atheismus.

Scientia ueneficiorum ma-
tura et illis uti.

Carodamo-
nia

Prudentia in omnibus malis arti-
bus ad perniciem humani generis,
et illis uti in contumacia Dei,
ac ad damnum et perniciem hominum.

1214

